



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 15. Antonius Covarruvias morte sublatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

fasticos hæreditate privant: Plura alia ingenii sui monumenta recenset Valerius Sæc. XVII.
A. C. 1602.

§. XV.

Antonius Covarruvias morte sublatus.

Non minus celebrem sese reddebat Antonius Covarruvias patria Toletanus, qui adolescens ingenio & industria valens, sine Magistro Græcas literas tanto tamque celeri profectu didicit, ut Hispania suo ævo nullum in his literis magis versatum numeraret: Sacrationibus postea disciplinis addictus præprimis Jurisprudentiæ tam Sacræ quam profanæ vacabat, illamque prima Doctoratus laurea decoratus Salmanticæ publice per plures annos tradebat, non sine ingenti Auditorum applausu ac proventu. Instante autem Synodo Tridentina a Philippo II. Rege Catholico ad eandem sedente Paulo IV. unacum Fratre suo Didaco Episcopo Civitatenfi decernebatur, inde vero re-
dux in concinnandis *variarum Resolutionum* libris egregiam eidem Fratri suo operam impenderat, crescente autem nominis sui fama Regius intimi Castellani Consilii Senator renuntiatus ob eminentem doctrinam cum rara memoriæ felicitate conjunctam instar omnium unus erat Regi, absdubio ad altiores etiam

Schottus & Antonius Bibl. Script. Hisp. Miræus l. c.

Sæc. XVII. tiam dignitatum gradus evehendus, cum
 A. C. 1602. aurium vitio laborans, ac furdafter
fectus publico hoc munere sese abdicat
 coactus fuisset. Demum Collegio Ca
 nonicorum Toleti adlectus *Scholarum*
 ut vocant, necnon Academici Præfati
 munere fungebatur, donec die vige
 ma prima Decembris annum agens se
 ptuagesimum octavum meritis plenu
 naturæ debitum solveret. Edidit librum
*de Jure Regni Lusitanici ad Philippum Ro
 gem Catholicum.*

§. XVI.

Petrus Coretus vita functus.

*Andree
 Bibl. Belgii.
 Miræus. l. c.
 Possevin.
 appar. Sa
 cer. lit. P.*

Doluit eodem hoc anno Belgium
 cturam Petri Coreti Theologiæ Li
 centiati, qui natione Hannonius, pe
 tria Athenis confecto studiorum cur
 culo, apud Nervios Canonicus & postea
 Tornacensis Parochus creabatur, ubi
 sermone & opere potens frequentissime
 ad populum verba faciebat, suaque
 cendi vi, ac persuadendi habilitate plu
 rimos ad meliorem frugem revocabat.
 Eo tempore doctissimo huic Viro inde
 fessum Religionis studium exerendi oc
 casionem præbuerat, Franciscus Phi
 lippus de la Nue seu Novæus Pseudo
 Politicus, qui perniciosissimas Assertio
 nes hæresi asperias vulgabat, & una
 cum